

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco  
Schoppe, Caspar  
Perizonius, Jacobus  
Franequera, 1687**

XV. Dis, pluto

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

## XIV. ÆGER.

**Æ**ger, inquit ab *ago*, quod nihil possit agere. Nil vidi, aut legi ridiculum magis. Alii ab Græco *αἰ αἰ*, quod est doloris signum, & querelæ. Alii ab *αἰδύζω*, id est, lamentari. Sed non longe abierit ab *ago*, eo quod agatur infirmitate, vel tristitia: & *agere vitam*, ad id alludit, Virgil. *Vitamque extrema per omnia ducō.* Sed placet ab *αἰ αἰ*.

## XV. DIS, PLUTO.

**D**is, inquit, quia minime dives. Quod ex Quintil. lib. I. cap. 6. eliciunt; quum potius, ut diximus Quinctilianus hujusmodi etymos irrideat, & insectetur. Cic. 2. Natur. Deor. à *divitiis* videtur deducere; *Terrena*, inquit, *vis omnis*, atque *natura Diti patri dicata est*: qui *Dis*, ut apud Græcos *πλοῦτος*, quia *ὅτι recidunt omnia in terras, & oriuntur è terris*. Hæc ille. Cui consonat Ovid. I. Metamorph.

— *Itum est in viscera terra,*

• *Quasque reconciderat, Stygiisque admovent utraque*

*Effodiantur opes, irritamenta malorum.*

Itaque sine Antiphrasi, \* *Dis*, à *divitiis*, quas possidet; aut *divitiæ* à *Dite*, (est enim ditissimus) rite nominabitur.

## XVI.

\* *Dis à Divitiis*] Immo quasi per contractionem *Dis* pro *Dives*, sicuti *Dites* pro *Divites*, quoniam revera *Dives* est. Vide & Vossium,